Positiones utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.28
Auteur(s) : Ambroise Jean-Baptiste Fleury
Type de document : affiche
Éditeur : non renseigné (Poitiers)
Imprimeur : Louis Braud
Période de création : 4e quart 18e siècle
Date de création : 1788
Description : Une feuille, dont les nombreuses déchirures ont été réparées au verso par du papier et du ruban adhésif. Inscriptions manuscrites à l'encre brunie, au recto et au verso. Ces réparations ont rendu une partie du texte illisible.
Mesures : hauteur : 515 mm ; largeur : 405 mm
Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Ambroise Fleury, le 17 juillet 1788, à Poitiers. Les articles de droit civil traitent des noces. Les articles de droit canon portent sur les renonciations aux bénéfices. L'estampe représente les armes de la faculté de Poitiers. Au bas de l'affiche, on trouve les paraphes du substitut du lieutenant-général de la ville, ainsi que du président et des membres du jury. On trouve aussi la date du 17 juillet 1788 au verso.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
Mention d'illustration
ill.

L. 386

POSITIONES UTRIUSQUE JURIS.

CIVILIS.

Ex Tit. Inst. *De Nuptiis.*

I.

[illegible] consuetudinem continens.

II.

Ad justas nuptias quinque requiruntur: civitas, pubertas, consensus contrahentium & parentum, in quorum potestate sunt, & ut nullum sit nuptiarum impedimentum.

III.

Qui consentire nequeunt nuptias contrahere non possunt.

IV.

Errore circa personam aut metu gravi, non valent contractæ Nuptiæ.

V.

Jure patriæ potestatis, pater non potest cogere filium uxorem ducere quam nolit.

VI.

Consensus parentum ob duplicem rationem exigitur, naturalem nempè, & civilem.

VII.

Nuptias præcedere debet consensus patris, nec posteà accedens contractus justas facit ab initio.

VIII.

Sufficit, si cognitis filii nuptiis, non contradixerit pater.

IX.

Nuptiarum impedimenta sunt quinque: cognatio, affinitas, publica honestas, dignitas & potestas.

CANONICI.

Ex Tit. *De Renunciatione*, Extrà.

I.

RENUNCIATIO [illegible] *fuerit* apud superiorem facta dimissio.

II.

Renunciatio duplex est; propriè dicta quæ simplex, seu pura dicitur, & conditionalis quæ in resignationem in favorem, & resignationem permutationis causâ dividitur.

III.

Adscriptus certæ ecclesiæ eam deserere, seu beneficio suo renunciare non potest absque superioris licentiâ.

IV.

Solus Papa resignationem in favorem admittere potest.

V.

Inferiores Collatores beneficiorum ad suam collationem pertinentium resignationes simplices, & ex permutationis causâ, inconsultis diœcæsanis admittere possunt.

VI.

Collatore resignationem permutationis causâ confirmare recusante, admittitur ad superiorem recursus.

VII.

Minor vigenti quinque annis modò sit major quatuor decim, ætatis beneficio adversus resignationem spontaneè factam non restituitur.

VIII.

Certis casibus tamen etiam major à resignatione resilire, seu ad beneficium resignatum regredi potest.

Has Theses (Deo duce, & auspice Dei - parâ) *ac Præside C. V. D. D. JACOBO CHEVALLIER, Consiliario Regio, & in Academiâ Pictaviensi Antecessore consultissimo, tueri conabitur* AMBROSIUS - JOANNES - BAPTISTA FLEURY, *Diœcesis Rupellensis, die 17. mensis Julii anno 1788. horâ 9. mat.*

IN PUBLICO JURIS AUDITORIO.

PRO BACCALAUREATU.

PICTAVII, Apud LUDOVICUM BRAUD, Academiæ Typographum, *Viâ Franciscanâ.*

Vu et collationné par nous Conseiller général à Poitiers ce dix sept juillet mil sept cent quatre vingt huit

Agitatæ sunt die Decimâ Septimâ mensis Julii anno millesimo septingentesimo octogesimo octavo

Chevallier

Labady

Chevallier